

**CATULL****Lesbia – Zyklus****c. 11**

Furi et Aureli, comites Catulli,

sive in extremos penetrabit Indos

litus ut longe resonante Eoa

tunditur unda,

sive in Hyrcanos Arabasve molles

seu Sagas sagittiferosve Parthos,

sive quae septemgeminus colorat

aequora Nilus,

sive trans altas gradietur Alpes,

Caesaris visens monimenta magni,

Gallicum Rhenum, horribile aequor ulti-

mosque Britannos,

omnia haec, quaecumque feret voluntas

caelitem, temptare simul parati,

pauca nuntiate meae puellae

non bona dicta:

cum suis vivat valeatque moechis,  
quos simul complexa tenet trecentos,  
nullum amans vere, sed identidem omnium  
    ilia rumpens,

nec meum respectet, ut ante, amorem,  
qui illius culpa cecidit velut prati  
ultimi flos, praetereunte postquam  
    tactus aratro est.

## Übersetzungshilfen :

Furius, Aurelius	Namen nicht weiter bekannter Personen, die Catull als „Freunde“, „Begleiter“ anredet
in extremos ... Indos	zu den am weitesten entfernten Indern, ins fernste Indien
penetrabit	Subjekt ist Catull
ut	hier: wo
longe resonans Eoa unda	die weithin brausende östliche Brandung
Eous	Adjektiv zu Eos, Göttin der Morgenröte, östlich, im Osten
tundere	peitschen
Hyr cani	Hyrkaner, Volksstamm an der Südküste des Kaspischen Meeres
Arabes (Arabas Akk.Pl.)	Araber
Sagae	Saker, Volksstamm im Norden des Perserreiches
sagittifer	pfeiltragend
Parthi	Parther, asiatisches Reitervolk, erbitterte Gegner des römischen Reiches
sive quae ... colorat aequora	statt sive in aequora (penetrabit), quae ... colorat
septemgeminus	siebenarmig
colorare	zu color
gradi, ior	gehen
monimenta Caesaris	die Orte, die an Caesars Siege erinnern
ultimus	am Rande der Welt
caelites, -um	Himmelsbewohner, Götter
temptare	hier: aufsuchen
simul	mit mir zusammen
moechus	Ehebrecher
simul	auf einmal
conplecti, -or, -plexus sum	umarmen
identidem	ununterbrochen
ilia, ilium n.	Kräfte
respectare (m.Akk.)	zurückblicken auf, sich erinnern an
pratium ultimum	Wiesenrand
aratrum	Pflug